

doctrinæ suæ per quædam scripturæ sacræ loca colorem & umbram faciat. Nec fieri potest, quin in agro Dei (quod ipse Servator ait) & malæ & bonæ sint herbæ: in horreo ipsius & triticum & lolium: in reti ipsius boni malique pisces: atque, ut Paulus ait, necesse est hæreses esse, ut electi dignoscantur. Sed Dei voluntas expressa & declarata non est, ut in legum studio sint necessario contentiones, non magis quam in agricultura, aut architectonica, aut pictura, aut sutoria, aut sartoria arte. Deus enim solem quidem suum bonis malisque illucescere finit, sed non omnibus æque spiritum sapientiæ suæ ad intelligendam scripturam largitur: quin expresse declarat, se magnos & sapientes eam celare, donare autem parvis & humilibus.

CAP. XVII.

Dissertatio de secunda aut adversa fortuna, quæ Galliæ per libros Justiniani accessit.

UT finem denique faciam, respondeo Galliæ regnum octingentos annos per Dei benignitatem floruisse, cum libros Justiniani nec magni faceret, nec exerceret. Nam plures quam trecenti anni non sunt, quod exercitium hujus studii Galliæ fuit

fuit
plur
rat
qua
min
vide
por
Ay
gis
nu
co
pro
apa
erin
ms
Gr
Cl
Go
Ce
qu
po
c.
A
it
a
if
q
r